S. B. N.

DE

RELIGIONE SIBERIENSIUM,

Specimen Academicum

Quod

Cum Approbatione & conſenſu Ampliſſ. Facult. Philoſoph. in illuſt. Athenæo Upſalienſi,

SUB PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI atque CELEBERRIMI,

DN. LAURENTII ARRHENII,

Hiſt. Profeſſ. Reg. & Ordin.

Ad publicum Eruditorum examen modeſte defert

PETRUS BRÖMS Anderßon

UPLANDUS,

In Auditorio Guſtaviano Majori, ad diem 5. Julii Anno MDCCXXVIII.

Horis ante meridiem ſolitis.

UPSALIÆ, Typis WERNERIANIS.

Konglig Majeſtetz Tro Man och Landzhöfdinge
Den Högwälborne Herren
Herr CARL DE GEER,
Herre till Löfſta/ Åckerby/ Wååsby/ Toboborg/ Holmsånger/ och Finnrånger ꝛc.
Min Höggunſtige Herre.

MEd denne ringa ſkrifft att komma
fram jag wågar/
Och uti ödmiukhet till offer
lägger nehr/
Faſt ſwaga pennan min är klen och litet doger
Se dock min gåfwa an med Gunſt/ jag
ödmiukt ber.

Den

Den ſtora ynneſt jag från barndom min
fått röna/
Ja ock föräldrar min så ynnigt hafwa
ſport /
Faſt aldrig jag med them kan ſådan Nåd
belöna/
Skall doch des wärda lof ſtäds grönſka
på wår ort.
Ei döö kan Edert Namn så länge Gud
beſkyddar
Thet myckna J ha giort til hans namns
pris och lof.
Ehr Gunſt och mildhet är ju kunnig i hwar
hydda/
Så i the armas Huus/ ſom i förnähs
mas Hof
Otälig' armas röſt jag hört ſå allmänt
liuda/
Så thens ſom innom är/ſom utom Edert
bröd/
Att fromma Herr DE GEER må döö O!
Gud förbiude
Förr än hans milda hand oß mättat till
wår dööd.
Ej mindre borde mig Ehr Nåd och gunſt
berömma/
Menn pennan är för lahm/ och orden
tryta af.

Doch

Doch ſkall jag wörd ſamt i mitt ſinne ſtädze
giömma
Ehr myckna mildhetz frucht beſtändigt till
min Graf;
Förgiäta ſkall jag eij af hiertat troget önſka
Att höga himlens Gud / ſin Nåd täckz
Ehr bete/
J nöijſam ålder lång Ehr lycka låta grönſka/
Och då den ändas här / en himmelſk ſäll-
het gie.

Högwälborne Herr Landz-Höffdingens

Min Höggunſtige Herres

Allerödmiukaſte Tienare
PETRUS BRÖMS.

Brucks Bokhollaren/

Ehreborne och wälbetrodde Herr

ANDERS BRÖMS/

Min Högtährade k:ſte Fader!

Wahl mången ſkiändelig then laſt i ſinnet hyſer/
Ja ſtor otackſamhet hos många barn och lyſer/
Att the undfångit gott ej nånſin tänka på
Och ſlätt ſin barnſlig plicht uhr ſinn' och hiertat ſlå.

Då Gud doch har befalt/ wälgierning ej förgiäta/
Ens godhet ſofwa bort/ ens bröd med glömſka äta.
Dens framgång lyckas ej/ det blifwer honom lönt/
Att niuta åter gott blir ſäkert honom ſönt.

Då jag mig tager för' att noga effterſinna
Hwad huldhet kiära Fahr har i ſitt hierta inne!
Mig bör wiſt ſänka ned i hårda Marmor ſkrifft
Och i ett wördſammt ſinn' Ehr ſtora kiärleks drifft.

Om jag till pricka alt ſkull nämna ſom ſig borde/
Hwad godt mig är bewiſt/ hwar ſkull jag taga orden.
Ja till ett wärdigt lof min penna är för lahm
Och bladet tryter alt min tancka föra fram.

Doch

Förmågan är och kleen att uti wärket ſtälla
Det uti wärde kan emot Ehr godhet giälla
Om jag än bödo till med Cræſi myckna guld
Att löna det i mig har giordt min Fahr kiär huld.

Doch ſkall min kiära Fahr hos mig thet altid finna/
Att Eder godhet ſtädz ſtår i ett wördſam minne
Nu ödmiuckt beder jag J! gunſtigt tagen an
Hwad jag till lydnas prof Ehr nu föråhra kan.

Ett litet ſnilles prof/ jag wördſamt här framgifwer
Som hedna dyrckan i Siberien beſkrifwer.
Hur de ej weta af den ſtore ſanna Gud/
Men uti mörkret gå och följa falſka bud.

Den Högſta täckes Ehr min Fahr kiär här belöhna
Med många ſignad Åhr; ſamt ther/ och ewigt kröna
Med himmelſk ſällhet/ frögd/ ſom helgon är beredt
Der löhne Eder Gud för alt godt J mig thett.

Högtåhrade kiära Faders

Lydigſte Son

P. B.

Pereximio Politiſſimoque

JUVENI,

Dn. PETRO

BRÖMS AND. FIL.

UPLANDO,

De Siberienſium Religione

Egregiè diſſerenti.

RElligionis amans, BRÖMSI, *dum Moſcua luſtras*
Teſqua, & Siberiæ per juga carpis iter;
Viſurus, quæ ſacra colit gens accola vaſti
Fluminis, in Scythicum quod mare volvit aquas,
Quodq; per Europæ atq; Aſiæ confinia labens
Dirimit hinc orbem limite utrumque ſuo:
Numquid in hiſce locis ſoli ſint dedita Chriſto
N*omina, nec falſis ulla profana ſacris?*
Fœda ſuperſtitio penitus ne his exſulat oris?
Regnat an hic totis finibus alma Fides?

Proh

Proh facinus! ſequitur numerus minor agmina Chriſti:

Fictitios ſequitur maxima turba deos.

Barbaries inſana locat ſibi numen in aris

Naturæ è gremio quod ſibi cumq; libet.

Sidera, flumina, luſtra, feras, ſaltusque veretur,

Saltibus horridior, quos colit, ipſa ſuis.

Mens immenſa poli: ſpatioſo ingentior orbe,

Materiæ anguſtà clauditur in ſpecie.

Mundi opifex, rerumque potens fabricator & auctor,

Invalidum dextræ fit pereuntis opus,

Hæc dum ſpectamus Tecum, clamamus uterq;

Gentis O infauſtæ Tu miſerere, DEUS!

lubens gratulatur

MAGNUS BERONIUS,

I. N. J.

PRÆFATIO.

MIraberis forte L. B. me, juvenem, qui non niſi patrium calcavi ſolum, eas deſcribere velle gentes, quæ & remotiſſimæ ſunt, & hactenus fere fuerunt incognitæ. Verum enim vero animum mihi ad hoc addidit benevolentia Avunculi mei honoratiſſimi, pedeſtris militiæ Majoris, Nobiliſſimi Domini *Petri de Mallſii*, qui per multos annos apud Siberienſes captivus & illorum, & vicinorum populorum mores diligentiſſime obſervavit, meque participem eſſe benigne voluit. Non ignoro Virum Nobiliſſimum, Chiliarcæ locum tenentem, Dnum. *Strahlenbergium*, propediem orbi erudito exhibiturum accuratiſſimam pariter ac deſideratiſſimam omnibus harum regionum deſcriptionem, id tamen me deterrere non potuit, quin hæc qualiacunque publicæ luci facerem. Tu L. B. innoxiis conatibus fave, ac dum meliora, quæ daturi ſunt Nobiliſſimus *Strahlenbergius* & *de Mallſii*, expectas, his fruere.

Membrum Prius.

§. I.

Quorundam de Siberiæ finibus profert Sententiam.

INſcriptio noſtræ hujus diſſertationis , de *Religione* eſt *Siberienſium*, ſed gentilium ſolummodo ibi habitantium. Ipſam vero Materiam priusquam tractandam adgredimur, limites ejusdem regionis ut inſpiciamus, mutatio poſterioribus hiſce temporibus facta poſtulat, nec non aliorum, hac in re Sententia. Siberiam Joh. Hybnerus in quæſtionibus ſuis Geographicis, an. 1725. impreſſis ad ſiniſtram Obii fluminis verſus orientem, initium capere inquit *a*). Idem etiam Fredricus

a) *pag.* 743.

dericus Witte in tabula Muſcoviæ indicat. Horum ſententia, cum Lib. Bar. de Herberſtein relatis convenit, dum circiter centum ante annos in commentario rerum Muſcoviticarum ita ſcripſit. *Sibier provincia Permiam & Wiatkam contingit, quæ an caſtra & civitates habeat, compertum non habeo b).* Hiſce perſpicitur illo vivente Siberiam, non tantum incultam fuiſſe regionem, verum etiam limites ejus intra *Obium* fuiſſe & *Permiam.* Nunc vero Siberiam & latiores cepiſſe terminos, & incolarum copia affluentem eſſe, horum temporum ſcriptores, nec non oculati oſtendunt teſtes.

§. II.

Terminos Siberiæ hodiernos occidentem verſus indicat.

Homannus regionem etiam Permiam intra Siberiæ limites includit, & quidem rectius, ut & nos exiſtimamus, eatenus, quatenus non tam multos ante annos, terminos Siberiæ a Mari Caſpio

 ad

b) Volumen rer. Moſcovitar. variis autoribus conſcriptum p. 63.

ad mare Moſcoviticum regionem pertranſiviſſe ſcimus Baſchireenſium, & ita montes Hyperboreos a Siberia ſeparaſſe Moſcoviam. Hoc unicuique ab urbe *Solikamski* per *Werkaturiam* proficiſcenti, ipſe oſtendit limes; per pagum enim nomine *Roſſhos* montes illos *Werkaturiæ* tranſire neceſſe eſt. Omnes hi inter *Solikamski* & *Werkaturiam* jacentes montes *Koſſimkoj Camin* appellant Siberienſes hic habitantes, vox enim *Camin* montem denotat. Horum montium unus eſt altiſſimus, cujus cacumen nubes tangit, & ſummo ſine vitæ periculo non peragratur; ibi etiam pretioſiſſimum invenitur criſtallum & ſpecialiter vocatur *Poſſimskoj Gorri.* Circa radicem hujus montis, domus quædam *Isbuska* nomine ſita eſt, circa quam non procul ad occidentem limes inter Moſcoviam & Siberiam poſitus eſt. Imperator autem Moſcoviæ proxime defunctus Petrus Alexovitz regionem Permiam totam, urbes *Kajgorod*, *Surdin*, *Schloboda*, *Klinoff* & *Kotellnitz* Siberienſi præfecturæ adjici curavit; Satrapam ideoque *Wiatkæ* in urbe Klinoff reſidere juſſit. Ita nunc temporis fines

ſuos

ſuos, occidentem verſus, habere Siberiam ab urbe *Kajgorod* ad ortum fluvii *Wiatka*, Cazan verſus falſo non creditur.

§. III.

Inter Siberiam & Perſiam oſtendit limites.

Ad partem Siberiæ meridionalem & gentes ibi adjacentes, quod attinet; Homannus veluti proximos Siberiæ ab illo latere vicinos *Karakalpackos* & *Torgutos* &c. intra Siberiæ limites admittit; qua vero ratione hoc fieri poſſit, nobis non patet; breviter enim ita ſeſe res habet. *Kalmuckii* Vagabundi tributum quidem Cæſari reddunt Moſcoviæ, aliquot ante annos impoſitum, extra Siberiæ vero terminos, ſtricte acceptos, degunt. Hi populi ſunt liberi ac ſui juris, certum non habentes domicilium, ſed in multis diviſi partes, quas *Hordas* appellant, & bellicoſi ſunt. Hæc multitudo equitatu ſolum modo conſtat, & habet ſummum belli præfectum, qui *Contaſch* vocatur, h. e. ſecun-

ſecundum vim vocis, ſui juris vir ac nemini ſubjectus. Aliquas habent civitates bene munitas; & ſæpe in Siberienſes proximos impetum faciunt, immo etiam urbem *Tomski* aggrediuntur. Ita enim loquitur Nobiliſſ. De Mallſij in itenerario ſuo MS. *Hic inquit in urbe Tomski, dum in captivitate tenerer Kalmuckii cum Kirgeſiis aſſociati, impetum faciebant in Siberienſes ſibi proximos, quorum ad ultimum quidam ad urbem Kusneskoj quidam ad Tomski fugiendo ſalutem ſuam petere coacti ſunt; & erant ſoli Kalmuckii centum millia equitum* Præter hos, ſequentes etiam ad imperium Moſcoviticum neque pertinent neque intra Siberiæ terminos habitant, & ſpeciatim ſunt populi *Baskirzi*, rectius *Baskirrj*, *Torguti*, *Albati*, *Telenbuti* rectius, *Teleuti*, *Burati* nunc *Brati*; ſemper cum Kirgeſiis conjuncti, graviſſimi latrones, longiſſimisque temporibus rapto vivere conſueti.

§. IV.

In ſpecie de Czeremiſſiis eorumque ſedibus loquitur.

Ex incidenti nobis etiam de *Czeremiſſiis*

miſſiis & *Cziovaſſiis*, regioni *Bulgariæ* & *Aſtracan* adjacentibus aliquid dicendum. Hos Tartaros fluvius Wolga ſeparat, ut *Czeremiſſii* ad partem ejus occidentalem, *Cziovaſſii* vero ad orientem habitent. Hi gentiles ad Siberiæ præfecturam non quidem pertinent, ſub poteſtatem tamen Cæſaris Moſcoviæ ſunt redacti, cui etiam annuum pendunt tributum, & ſuum Woiwodam, h. e. caſtellanum, habent in *Kusmademianski.* Hæc gens alitur ex lacte, melle, pecoribus, variisque animalibus ſilveſtribus, periti quum ſint ſagitarii, viлesque inhabitant caſas. Ita de his loquitur Olearius. Ceremiſchen / inquit Tartern wohnen meiſt ohne Häuſer / in ſchlechten Hütten / ernähren ſich von Vieh-Zucht / Honig und Wild / ſind trefliche gute Bogenſchützen / gewehnen auch die Kinder bey Zeiten darzu *e*) Hujus gentis lingua mere eſt Turcica & Tartarica; aliquam tamen partem cum Moſcovitica mixta, præcipue Czeremiſſiorum. Præterea numeris utuntur Fennicis ut ÿx/ kax/ kolmen &c. Qui ad partem ſunt orientalem, in montibus degunt,

&

e) *Lib.* 4. *C.* 4. *It. Wol. R. M. p.* 63.

& vocantur *Cz iovaſſii*, alias *Czeremiſſi Nagorni*. NA enim lingua Moſcovitica *in* & GOR *montem* denotat *d)*. Alteros vero, quos Czeremiſſios appellamus, nominat quidem Fred. Witte in tabulis ſuis, ut etiam Olearius in ſuo itinerario, *Lugovos*, quod nomen a vicinis impoſitum eſt in opprobrium a *Lugowi Zenne*, grüne Awen- und Heerſchlägen da das Hew in groſſer Menge geſammlet wird/ von welchem auch die Nagorni ihr Viehe erhalten/ ut loquitur Olearius *e)* Alias vero ſe ipſos nominant Czeremiſſios & Cziowaſſios.

§. V.

Gentiles, ad Siberiam ſtricte pertinentes enumerat, & ubi habitant, oſtendit.

In Siberiæ regno multi quidem inveniuntur qui religionem habent mere Moſcoviticam; verbi gratia pars Oſtiakiorum, non longe a *Narjm* ſeptentrionem verſus habitantium, nec non ali**s**

d) Der allerneueſte Staat von *Cazan, Aſtracan & Georgien Anon: C. 11. p. 58. e) pag 343.*

aliis aliquot in locis, gentiles autem Sibertenſes noſtrum quum ſit negotium, deſcribere, illos præterimus. At eo clarius, nec non utilius, ut ipſam noſtram pertractare poſſimus Materiam, in Siberia graviſſime errantes gentiles, ac ubi habitent primum inquirendi, proinde ad Fluvium *Kama* eamque partem, qua ad orientem vergit, accedimus. Circa Fluvium *Westina* & *Lica Lubia* Tartari inveniuntur mixtæ religionis, Moſcoviticæ & Muhamedanæ. Tractum vero inter fluvium *Kama* & *Irtiſch* alii incolunt Tartari, nomine *Wogulitzi*, mere religioni Muhamedanæ implicati. Aliqui horum, præcipue circa montes *Werkaturiæ* habitantes, quoad faciem omnino ſimiles ſunt *Kallmuckiis*, brevi ſc. ſtatura, longis tenuibusque oculis, lataque facie.

Urbs *Toboll* ubi præfectus Totius Siberiæ reſidet, nec non proxima circumjaciens regio, maximam ad partem Tartaris impleta eſt, qui etiam religionem aliquot ante annos ſuſceperunt Muhammedanam, ſacerdotes habentes duos, qui pro illis ſacrificant, quos Mufti appellant.

Quarta parte milliaris ab urbe *Samaroff*, orientem verſus a fluvio Obio Vetus eſt munimentum, quod gentiles centum ante annos, *Sutzki* nomine, tenuerunt; & quo Moſcovitarum repreſſerunt impetum, primum has terras dum occupare cepiſſet Imperator Moſcoviæ. Nunc vero temporis aliud gentilium genus, *Oſtiakii*, ibi habitant.

Intra urbes *Surgut* & *Narjm*, ut etiam ad *Turgan*, alii iterum inveniuntur Oſtiakii, qui inter graviſſimos ſimulacrorum cultores merito ſunt numerandi; horum infra, quantum breviter fieri poteſt, religionis mentionem faciemus. Hic obſervavit Nob. *de Mallſii* Circa *Turgan*, ſolem certo anni tempore, tota conſpici nocte. Ad vitam vero horum gentilium communem quod attinet, ab aliorum hominum vivendi modo longe differunt. Taceo ſatis pulcra ipſis eſſe corpora, nigros tamen debilesque habent oculos, vel quod nimius ſit æſtus ſolis, vel quod in tuguriis & continuo vivant fumo. Hæc eorum domicilia in ſylvis hic & illic Fennonum Lapponumque tuguriis ſimilia, ex cortice conſtructa ſunt. Carnem variorum animalium,

cum

cum nonnullo jure ac pulmento edunt, nihil vero panis; veſtimenta habet vulgus, e piſcium ſquamis conſuta nec ullis utuntur calceis neque caligis. Primores eorum ac potiſſimi *Kneſar* vocantur Moſcovitis ſimiles, ac melioribus præ ceteris induti veſtimentis. Liberos ſuos ab infantia arcubus tendendis aſſvefaciunt; quare etiam omnes ſunt ſagittarii peritiſſimi, alia enim creatura domeſtica, quam equi ac canes, apud eos non invenitur, quorum carnem etiam devorant. Nunc ad inferiorem partem fluvii *Obii* & Gentiles ibi habitantes, veniamus. Joh. Hybnerus, zwiſchen inquit dem Fluſſe *Obii* und dem Fluſſe *Jenitzeja* liegen etliche unbekandte Landſchafften &c. *f*) Quum vero alios conſulimus & gentes ibi habitantes rimamur, a parte oriente fluvii *Obii*, non longe ab amne *Schulim*, in medio inter *Narjm* & *Tomski* circa oppidum *Scklabod*. Scklabod alias oppidulum en liten Stad / Fläck denotat, *Jenitzasnos Tartaros* inveniri patet. ſunt hi, quod etiam ipſa vis vocis indicat, Tartari tributarii, imperio Moſcovitico ſubacti

f) p. 743.

ſubacti, pro tributo quotannis Cæſari Moſcoviæ pelles pendunt pretioſiſſimas. Circa pagum etiam *Krivatzievo*, ubi deſinunt *Oſtiakii*, incipiunt *Tartari* puri, cum aliorum gentilium genere non mixti; eandem vero hi religionem habent ac ante nominati Oſtiakii, quam tamen magis impie exercent, pulcriori etſi ſint forma ac majori ſtatura corporis. Omnium gentilium Siberienſium religionem haud facile eſt ſpeciatim deſcribere, inferius tamen quantum fieri poteſt, id agemus.

MEMBRUM POSTERIUS.

§. I.

Czeremiſ. & Cziovaſ. religionem & ſacra exponit.

MAgnopere ſane dolendum eſt, & ſimul commiſeratione dignum; quod adhuc tot in locis illi reperiantur homines, qui perverſa Deum colendi ratione maculati ſunt. Ad Siberiam enim ſi nos convertimus, tales non pauci inveniuntur; quorum religionem

gionem in ſequentibus exponere mens eſt. *Cziovaſſii*, ripam illam fluvii *Wolga*, ut diximus, incolentes, quæ ad occidentem, ſeu Moſcoviam vergit, una cum *Czeremiſſiis*, alterius ejusdem fluvii ripæ habitatoribus, paganicis ſuperſtitionibus dediti ſunt. Eos tamen Atheos credere theoreticos, eorum de vero Deo prohibet confeſſio, quæ cum Oſtiakiorum pene convenit, & infra deſcribetur. Confitentur enim unum quidem exiſtere Deum, qui hæc omnia, quæ conſpiciuntur, creavit ac ſuſtentat; ſed de eo nullum ulterius habent conceptum, nec optimum ac maximum eſſe exiſtimant. Quendam vero diabolum, vel ut illi dicunt furias dari, credunt Czeremiſſii, quæ in eos omne habent jus ac poteſtatem, eosque omni cordolio agitant vexantque, quare has furias ſacrificiis placare ſtudent, verbo *neque cœlum beatorum, neque gehennam credunt*, inquit annon? *a)* It. Olearius Sie glauben keine Auferſtehung der Todten / oder nach dieſem ein ander Leben *b)*. Deum, quem colunt. & ſpiri-

a) Der allerneueſte Staat von *Caſ. Aſt.* *p.* 85. *b)* *p.* 343.

ſpiritum eſſe credunt, & appelant Cziovaſſii *Thore*, Czeremiſſii v. *Jomala*. Huic ſinguli quinque præterlapſis annis, circa lucum quendam, eqvum, vaccam ad ſacrificium mactant certisque diebus illuc accedunt ſuo more ſacra facturi, quod amplius mox demonſtrabitur. Nonnulli eorum certis etiam temporibus lunam ac ſolem adorant, eum in finem. ut preces eorum commendent Deo. Alii iterum primum animal, quod ſuis figunt arcubus, bifariam dividunt, partemque alteram in auras projicendo, diabolo vel furiis offerunt, ne aliquid mali illo accidat die, alteram vero partem commedunt. Ita etiam ſingulis diebus cibum capturi, prius particulam ejus eodem modo furiis offerunt. Hæc quotidiana eorum ſunt ſacrificia. Neutri vero horum ſacerdotes ac ſcripta ulla habent, ſed vaccam nigram eos devoraſſe ſomniant, templisque omnibus caruiſſe traduntur temporibus.

Nunc quomodo gravioribus urgentibus malis, ſacra peragant, dicendum eſt. Fames & peſtis eos ſi premat, aut adverſa fuerit fortuna, ad fluviolum

Nemda

Nemda ſe conferunt, quod Wahlfahrten vel perigrinationem vocant. Diſtat *Nemda* quadraginta milliaribus a *Cazan* meridiem verſus, ab hac rurſus duobus millaribus abeſt palus quædam, nomine *Schockſchem*, in qua ipſum diabolum reſidere cedunt. Paludem vero appropinquare non audent, ſed in colle vicino, aut circa *Nemda* ſacra ſua ita faciunt; equum, vaccam, aut ovem mactant cutem autem trunco arboris ſuſpendunt & carnem coqvunt. Patinam deinceps una manu, altera pateram, aut cocta carne, aut genere aliquo potus ad impletam ſumunt, & ſtatim in ignem conjiciunt, eoque ipſo cuncta mala ſe deprecari credunt fortunamque ſibi reddidiſſe propitiam, ita Olearius preces eorum circa hoc ſacrificium deſcribit. *I feſtina & preces meas Deo adhibe e)* vel ut Anon. O *Deus benigniter ſacrificia mea aſſume, obque ea da mihi animalia l. beſtias d)*.

Adeo autem tenaces ſunt ſuæ opinionis, ut licet videant, Moſcovitas ſine omni vitæ periculo nullam ſecum habentes

c) p. 345. d) Der allerneuſte Staat von *Caz. &c. p. 86.*

bentes hoſtiam paludem ipſam adire, ſe tamen a fœda ſuperſtitione abduci non patiantur. Denn inquiunt wer da hin komme und bringe nichts mit zum Opffer/ ſol verſchmachten oder verdorren *f*).

Morbis vero quum affliguntur præcipue Czeremiſſii, Magos ſuos adeunt, quos viros vocant prudentes ac ſapientes. Hi illis indicant colorem equi mactandi; quem deinde comparatum & bene nutritum mactant, amicosque ſuos ad lucum (lucos autem frequentes habent) convocant. Hic carnem eqvi coqvunt, ac una comedunt, oſſa vero ſtatim cremant, cutem deinde in arbore ſuſpendunt. Tunc ægrotus morbidum tangens membrum hiſce verbis adorat cutem: *Cura ita & loquere pro me ut priorem meam accipiam ſanitatem & ſalutem:* ut in itinerario ſuo accurate annotavit Nobiliſ. De Mallſii. De cauſſa hujus adorationis interroganti ita eos reſpondiſſe ait idem. Ille, qui adhuc omnia ſuſtentat, etiam eqvum creavit, rectius itaque nos illum adoramus, quam Chriſtiani Ruſſi Icones hominum manibus factas.

Præterea

f) *Olear., p. 344.*

Præterea in caſibus extraordinariis, vel quisque pro ſe ipſo, vel unus pro omnibus, ad locum quendam, nomine *Tetus*, non longe ab inſula *Staritza*, prope urbem vetuſtam *Unerofskogork* proficiſcuntur; ubi virum præſtantem, Tartarum, olim ſepultum fuiſſe dictitant, quem nunc vero ſanctum exiſtimant habentque. Huc venientes ſumma cum devotione, inter ſepulchrum relicto intervallo, longa oratione, in terram procidentes, a mortuo petunt, velit pro illis orare. Idem affirmat Anon. ille: Zu dieſem Grabe die da herum wohnende Tartarn noch öffters Wahlfahrten gehen *g*).

§. II.

De eorum ſepultura diſſerit.

Ceremoniæ horum gentilium funebres haud multum a modo eorum diſtant adorandi. Communiter mortui amici ac propinqui ad lucum conveniunt, ubi vaccam l. equum mactant, carnemque ſemicoctam comedunt; mortuum deinde, ſerio ejus abitum

B dolen-

g) Der allerneuſte Staat von *Caſ.* & *Aſt.* *pag.* 87.

dolentes, rogant magnopere, ut pro illis oret.

Ubi autem, præcipue apud Cziovasſios, dives moritur, optimum ſtatim mortui eqvum in quodam colle mactant conſanguinei ac amici, ibique carne veſcuntur. Dein terram digitis effodiunt genuaque flectendo ſumma cum devotione mortuum ſepeliunt, veſtes vero ejus in arbore, potiſſimum betulæ, ſuſpendunt; ubi tam diu manent donec decidant. Interea temporis ſæpius huc accedunt, cum quid adverſi illis acciderit, mortuumque invocant, ut pro illis furias propitiet placetque.

§. III.

De horum gentilium conjugio & polygamia.

Ubi annos duodecim habet mas, matrimonium inire licitum eſt. Uxores vero ducunt pro lubitu, totque, quot alere quisque poteſt, alii duas aut tres, alii quatuor, alii plures, ut cujusque eſt conditio. Modus autem ducendi uxores varius eſt. Interdum virgo amata proco permittit, ut ſe, parentibus

inſcis

inſcis, ſurripiat. Interdum uxores vi rapiunt ac furantur. Qui vero melioris eſt conditionis, virginis patrem ita alloquitur. *Filia tua*, inquit, *qvum pulcra ſit, meque deceat, uxorem eam libenter cupio.* Patre autem non ſtatim affirmante, ſæpius accedit, & in id operam dat, ut virginem violet, quo facto, in illius poteſtate eſt, nec a patre amplius denegari poteſt. Id etiam deteſtabile eſt, quod tres ſæpe ducant ſorores, quod abominandæ impietatis indicium eſt. Cum plures habeant uxores, unam tamen harum unaquaque ſolummodo amant hebdomade, tuncque illa uxor domina ejus vocatur, cui ceteræ ſerviunt & *Schlavar* appellantur; amatæ vero eſt, illa ſeptimana domum curare. Cavere autem diligenter oportet, ne virum offendat, id enim ſi fecerit, nec eo, quem expetit, amore ac veneratione proſeqvuta fuerit, illam ſtatim rejicit, aliamque illa ſeptimana amandam adſumit. Quod ſi quæ uxorum majus commiſſerit crimen, aut in illiciti amoris ſuſpicionem inciderit, repudiatam alii vendit. Matrimonii horum gentilium qvum mentionem feceri-

cerimus, aliquid etiam de ejus fructu, h. e. liberis, dicendum eſt. Baptiſmum ignorant. Infantes vero cum dimidium anni impleverunt, certum indicant diem parentes, quo nomen infanti imponendum eſt; atque ſi mas fuerit conveniunt viri; ſi fœmina, mulieres. Ejus autem, qui ex eodem ſexu, illo die primus obviam fuerit, nomen infanti imponitur.

§. IV.

Oſtiakiorum intuetur cultum divinum.

Præter *Czeremiſſios* & *Czivaſſios* aliud genus eſt gentilium diverſa habitantium loca, qui *Oſtiakii* nominantur, quorum hanc fidei confeſſionem ſe audiviſſe refert Nobilis. de Mallſii in ſuo itinerario. *Unum maximum ac omnipotentem exiſtere Deum, ac in ſumma contineri aura bene novimus, qui nemini aliquid adſert mali, quare eum adorare opus non eſt. Scheitan vero, qui nobiscum in his terris reſidet, nosque omnibus afficit malis, invocare, nec non ſacra facere neceſſe habemus.* Ulterius de vero Deo nihil ſciunt, nec quomodo colatur iis notum eſt; poſthanc vitam, aliam beatam

in cœlo exiſtere, vel ſtatum damnatorum in gehenna, non credunt, reſurrectionem quum negent ac irrideant. Omnes itaque adorationes ſuas ac ſacrificia non vero Deo, ſed ipſi Diabolo, quem *Scheitan* vocant, faciunt. E ligno hoc idolum eſt in hominis formam fabrefactum, & ſervatur in tuguriolo ſacris deſtinato, quæ ſenex ſacrificulus peragit, ac illis Elſter vocatur, quem etiam ſummopere venerantur Oſtiakii. In hunc falſum Deum ita firmiter credunt, ut illo, ſacrificiis conſuetis, placato, ſe omnia, quæ unquam petunt accepturos putent, quæ ſpes ſi eos, ut interdum fit, fefellerit, ſe aliquid mali egiſſe dicunt. Quanta vero cum religione & veneratione ſacrificent, dici vix poteſt. Quomodo tamen hoc fiat videndum eſt. Idolo *Scheitan*, parieti affixo, ſubeſt menſula quædam, in qua ponuntur pelles pretioſiſſimæ in victimam. Supplex vero dum primum intrat, comitante ſene, venerationem ſuam oſtendit, ſe ter incurvando, totiesque ore ſibilando, ſimulque manus vario decuſſando modo. Sacrificio tali modo facto, aut ſtatim, aut paulo poſt foris voce reſponſum

ſum dat idolum. Verba Nob. de Mallſis, hac de re præterire nolumus. *Accidit*, inquit, *apud Oſtiakios dum eſſem, quod ſummus eorum præfectus, quem Knes vocant, ante aliquot menſes urbem Tomski proficiſceretur, cui ego & comites mei obviam ivimus; ille aliquid pro rebus eorum ac ſalute apud Satrapam verba quum faceret, petitionis ejus eventum ſcire cupiebant gentiles, idolum igitur ita ſacrificando*, ut ſupra dictum eſt, interrogabant, quod exaudire nos noluimus. Ad ſacrificia eorum quotidiana quod attinet, etiam idolum ejusdem figuræ ac nominis, majoris tamen formæ, in tuguriis ſuis, quibus ipſi quotidie inſunt, in angulo habent. Huic ita ſacrificiant; extra tuguria e longis ſuſpendunt perticis, ſecurim, cultrum, ſagittam, lanceam, orbes ſtanneos, & alia ejusmodi. Aliis iterum perticis, caput equi habent ſuſpenſum, una cum cauda, quatuorque pedibus, quibus Idolum placari credunt.

Hi etiam *Oſtiakii* quemadmodum Czeremiſſii promti ſunt ſagitarii. In ſylvam itaque venatum dum eunt, primum aut dicto modo idolo litant, aut

ſecum

ſecum tympanum, Lapponico ſimile adferunt; quod dum ſibilantes pulſant, *Scheitan*, ut ferunt, aut mox reſponſum dat, aut poſtea, in ſylva ignea ſub ſpecie, eos accedit, indicans, ubi illo die feliciter venandum, & quodnam ferarum genus ſit occurſurum. In tuguriolo, quod ipſis loco templi eſt, juxta *Scheitan* longa etiam corbis ſub tabulato ſuſpenſa eſt, in qua Dei iſtius uxorem dormire ſomniant; in hanc corbem carnem crudam quotidie injiciunt, qua alatur ac ſuſtentetur Dei Conjux; accedentes vero diligenter monent, ne cupidine eam videndi abrepti, corbem tangant; ſic enim ſtatim moriendum. Ita de hoc loquitur Nobiliſſ. de Malſii. *Eadem illa*, inquit, *occaſione, hic dum eſſem; ad horum gentilium errorem cognoſcendum, procax erat Moſcovita quidam, noſtrorum unus remigum, & contra gentilium hortationem corbem tetigit; mox vero graviſſimo ventris dolore affligi cœpit, & poſtero die moriebatur*, quibus vero præſtigiis hoc factum ſit, non memorat.

§. V.

§. V.

Oſtiakionum producit funeralia & Conjugia.

Ut in ceteris, ita & heic vaniſſimas produnt ſuperſtitiones oſtiakii. Ubi quis eorum, mas ſit aut fœmina, moritur, amici & ſanguine proximi conveniunt, mortuique abitum lugent. Poſtero autem die corpus demortui, alcis pelli involutum, ad hoc excavato arboris trunco includunt. Tertio in ſylva & paludinoſo plerumque loco terram manibus effodiunt, ibique cadaver ſepeliunt. Una vero arcam, lanceam, ſecurim, cucumellam, cum aliis rebus domeſticis, tumulo inferunt.

Uxorem ducturus *Oſtiakius*, patrem virginis, quam amat, ita alloquitur. *Audi*, inquit, *Virginis pater, filiam tuam amo, & uxorem cupio, illam mihi ſi dare volueris.* Ad hoc ſtatim quærit pater, quantam habeat copiam equorum ſuppellectilisque domeſticæ; & ſi filia ipſum amet, & nemo etiam ditior venerit, illam in matrimonium ſe daturum ſpondet, modo præſcri-

ptum

ptum ſolvat pretium. Id poſtquam promiſit procus, amaſiam ipſi viſere licet; nunquam tamen niſi donum attulerit, admittitur. Poſtquam ita muneribus ſummam ſexaginta vel centum Rubelorum perſolvit, cum virgine conſueſcere licitum eſt; in ſuam vero domum deducere, antequam ſtipulatam ſummam præſtiterit, quæ ſæpe eſt 200 Rubelorum, non permittitur; quod ſi interea liberos peperit amaſia, in domo parentum educantur. Is quoque apud eos mos invaluit, ut, ſi frater major natu improlis moriatur, minor natu ejus ducat uxorem, ut ejus excitet ſemen, non vero vice verſa. Alias tot ducunt uxores, quot ipſi volunt, & quot alere poſſunt. Liberos, ut animalia educunt irrationalia, nullaque imponunt nomina, ſed primum, ſecundum, tertium, & ſic porro, vocant, donec ad annos quinque vel ſex venerint; tunc vero nomen accipiunt patris.

§. VI.

§. VI.

Reliquorum gentilium in Membro I. nominatorum adducit religionem ac idololatriam.

Tempus nunc poſcit, ut ulterius pergam & finem huic oppellæ imponam. Propius itaque ad Moſcoviam, & gentiles, ad *Werkaturiæ* montes degentes, redeo. Tartaris,ad Moſcoviam proxime habitantibus, percelebre eſt Idolum, *aurea vitula* dictum, Hoc Si quæ gravior calamitas eos premat, veluti fames, bellum & peſtis, ſtatim conſulunt, hoc quidem modo. Coram ſimulacro proſtrati fundunt preces: mox tympanum in medio ſtatuunt: Hoc ſorte lecti circumſtant, argenteum bufonem tympano imponunt; dein bacillo concutitur tympanum. In quem tunc incidit bufo, protinus inſtar mortui proſternitur. Statim vero reſtitutus, malorum exponit cauſſas. Placato ſic idoli numine publica ſe liberari calamitate credunt. Summum Numen ac rerum omnium creatorem eſſe, & ab aliis quidem coli norunt; cetera vero

igno-

ignorant. Seqvuntur nunc alii gentiles, *Wogulitzi*, qui neque Deum neque Diabolum, ſed *veru* ſaltem adorant. *Sutski* iterum, qui centum ante annos vixerunt, ipſum Diabolum, ſe modo viſibili iliis oſtendentem, adorarunt; nunc vero temporis illum tenent locum *Oſtiakii*, religione ſua non longe a prioribus differentes. Hi una cum civibus urbis *Samaroff*, eqvum, ex metallo factum, adorant, quo ipſum diabolum equitare credunt. Eqvus hic aculeatas habet aures ut lepus, naſum & os ut cercopithecus, curvosque pedes. Huic, unaque ipſi diabolo, certis ſacrificant temporibus, ſic omnia, quibus egent ac expetunt, ſeſe accepturos exiſtimantes.

Ita omnes ad Siberiam ſtricte ſic dictam pertinentes gentiles breviter indicavi, & illorum religionem, quantum, tam ex aliorum ſcriptorum autoritate, quam ex teſtium oculatorum manuſcriptis, potui, traditi. Voto itaque hunc finio laborem, velit optimum Numen nos, antea etiam

in

in cœcitate errantes, nunc vero clariori luce illuſtratos in via ſua hac in vita ſic ducere, ut æterna denique fruamur felicitate.

SOLI SUMMO ſit GLORIA NUMINI.

Til *RESPONDENTEN*
HERR
PETRUS BRÖMS/

Tå han med beröm aflade ſit förſta Academiſka Prof/

Om Hedningarnas Gudztienſt i SIBERIEN.

NU wäl beſkrifwa egna Seder /
Sin Gudztienſt/Art/alt up och neder/
Thet är en ſak ſom wärdig är ſit pris;
Mer är / et folck ur mörkret leta/
Et fierran land til pricka weta
Atſkildra / på et artigt wis.
Min Wän / J wackert mån beſkrifwa /
På deßa blad med nöje drifwa
Hwad i Siberien är at ſe:
Hwad Gudztienſt the ther månde bruka;
Hur ſomlige för Scheitan duka;
Och Jomala, ſamt Thore be.
Hwarföre / J ock billigt reknas
Bland Lärdas Hoop / och af dem teknas
J minne diupt. Jag gläds här wid/
Och ſkal med nöje ſtedſe önſka:
Er Heder må ju mera grönſka
På Pindi Högd / nu och alltid.

Wid afreſan ſom haſtigaſt yttradt
af
M. S. Söderſteen

Min
Högtährade kiära Broder!

DEt är en afgiord ſaak/ att then förtiänar heder
Som utaf ſkicklighet och oförkränckte ſeder
At oförfalſkad dygd / af lärdom konſt och wett/
Kan wiſa allmänt prof; Så har ju altid ſkiedt.

För ſlikt / min kiäre Bror / jag måſte Eder priſa
Med ſkiäl / och fägnad min för alla andra wiſa/
Faſt jag är nähra ſkyld / och ſåledz icke må
Så wijda/ ſom jag will'/ med Edart loford gå.

Dock kan jag ſäija det / om det eij bliſwer mehra
Siberien månd' J rätt mycket obligera
Med mödan ſom J har/ då J i liuſet teer
Des ſeder/ Religion och ſådant annat meer.

Ty önſkar Eder jag en lycklig framgång winna
J alla Edra wärck / och ändteligen finna
En ſådan lön / ſom J med flijt och ſtort beſwär
Med ſwett och nattewak förtiänt/ jag ſtädze är.

Min kiära Broders
förbundne tienare

Stockholm, d. 24.
Junii Anno 1728.

EDUARDUS BRÖMS.

Special 91-B
5344
THE GETTY CENTER
LIBRARY